

11
E # 46 # 80

21



DIATRIBE
CIRCA
METHODUM WOLFFIANAM,
IN
PHILOSOPHIA PRACTICA
UNIVERSALI,
HOC EST,
IN PRINCIPIIS JURIS
NATURÆ STATUENDIS
ADHIBITAM,
QUAM
NON ESSE METHODUM,
NEC ESSE SCIENTIFICAM,
OSTENDITUR.

SCRIBEBAT

P. ANSELMUS DESING,

Benedictinus Congregationis Bavaricæ, Eminentissimi Cardinalis
de Lamberg, Episcopi & Principis Passaviensis &c. &c.
Consiliarius.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

— (o) —

Pedeponti, vulgo Stadt am Hof bey Regensburg Summis
JOANNIS GASTL, Bibliopolæ. 1752.

DIATRIBE
CIRCA
METHODUM WOLFANUM
IN THEOLOGIA PRACTICA
UNIVERSALIS
HOC EST
IN PRINCIPIS LIBRO
AD H
Doctrina Prudentium facilis, Pro-
verbior, XIV. v. 6.


REVERENDISSIMO & EMINENTISSIMO
DOMINO
DOMINO
ANGELO MARIAE
QUIRINO
S. R. E. CARDINALI & BIBLIOTHECARIO
EPISCOPO BRIXIANO
&c. &c.

Quod me ac Sodalem P. Sigismundum
Poschinger Romæ susceperit, protexerit, maxi-
misque honoribus, muneribusque cumulaverit,

Atque iter per Italiam reliquum cum cura pro-
moverit. Redux Gratitude memor ceterum æter-
num devinctus

D. D.

AUCTOR DEVOTISSIMUS
In Monasterio suo Ensdorff, Kal, Febr.
ANNO MDCCLII.



46541



1080045225

B2723
P33
1952



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

132730

MICROFILMED
SERIALS ACQUISITION
UNIVERSITY MICROFILMS
SERIALS ACQUISITION
SERIALS ACQUISITION
SERIALS ACQUISITION

ADMONITIO.

CUm Methodum discutio, qua usus est Illuster Wolf-
fius in Principiis juris naturæ statuendis, sive in *Pbilo-*
sophia practica universali, erunt, qui suspicentur,
damnare me *methodum analyticam*, quæ dici consue-
vit, qua à particularibus ad universalia procedi cogitando so-
let: aut damnare *methodum mathematicam* analyticæ affinem:
quod methodus, quam dixi, Wolffiana sit mathematica, aut
analytica.

His ego primum significo, methodum illam utramque mihi
pro re nata maximopere probari, & analyticam cum primis
proficuum esse ad particularia per comparisonem ac separatio-
nem intimius perspicienda: sed postquam Universalium cogni-
tione jam ordine imbutus sum. Quodsi vero fingeremus, om-
nes scientias ex hoc hominum mundo jam perijisse, agnosco,
hominibus, qui tunc viverent, Analyticam methodum solam
necessariam esse, ut ex meris particularibus inter se comparatis
tandem deprehenderent universalitatem. Hac operose per lon-
gam ætatem & plura secula deprehensa læti, ad pueros deinde
suos in iisdem rebus instruendos ipsi non facile uterentur abso-
luta analytica methodo, neque cogerent tyrones eodem difficili
labore perfungi, atque ætatem ad hoc longissimam vivere.
Quod cum in nostra potestate non sit, cumque sit *vita brevis*,
Ars longa, sapientissime ita juventutem nostram instituimus,
non quasi de novo ea invenire scientias debeat, sed, ut luminibus
& scientiis aliquot millium annorum labore inventis utatur ad
semet pro vitæ humanæ usu informandum. Quod postremum
nec

nec D. Wolffius damnaverit: id enim nisi agnosceret, suos libros reliquisset domi: quos tamen haud dubie ideo scripserit, ut alii ex sua scientia proficiant. Quod ergo Wolffius de se sperat & jubet, idem nobis permittet de antiquis & veris scientiarum inventoribus sperare. Analytica deinde methodo utemur ad examinandum jam has, jam illas seorsim res & ideas, ad hoc maxime, ut quomodo cum universali connectantur, deprehendamus.

Quidquid id est, D. Wolffii methodus non hinc mihi displicet, quod Analytica sit: imo quod *analytica non sit*. Non enim Universalibus miscere particularia, & particularibus intersuere universalia, ut se temere offerunt nullo ordine nullis designatis vestigiis, methodus est analytica, sed *nulla*.

Quæ sit vera analysis, quove ordine sit facienda, quæ vestigia ab adhibente eandem magistro sint tyroni præsignanda, ediffere hujus loci non est. Methodum illam, qua in eo libro usus est D. Wolffius, *non esse scientificam methodum* id solum jam contendo: qua porro methodo utendum fuerit, relinquo jam in medio. Omnia tempus habent. Et sane illam spartam ornabunt forte alii, scientiarum me multo callentiores. Vale lector æqui justique amans & methodi.



PRI-

PRIVILEGIUM.

Cum vi Privilegii Imperialis Impressorii generalis perpetui omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis & aliis, quamcunque librariam negotiationem exercentibus serio firmiterque inhibeat, ne quisquam libros a Monachis Congregationis Benedictino-Bavaricæ editos, vel imposterum edendos, nter S. R. I. fines sive in toto, sive in parte recudere, de novo imprimere, aut sic impressos vendere, distrahere, citra consensum specialem Præsidis generalis ejusdem Congregationis p. t. existentis audeat vel præsumat. Ideo nos BEDA Dei & Apostolica sedis Gratia Monasterii Wessofontani Abbas, Congregationis Benedictino-Bavaricæ p. t. Præses generalis D. Joanni Gastl Bibliopolæ Pedepontano facultatem concedimus sequentia opuscula. 1. *Larvam detractam*. 2. *Jus Naturæ & Gentium*. 3. *Diatriben de Methodo Wolffiana*. 4. *Hypodigma de ratione sola Magistralibus præcipue periculosa*. 5. *Disquisitionem libri SPIRITUS LEGUM*. 6. *Præjudicia reprehensa præjudicio majore*. 7. *Regnum rationis hodiernum nihil præstare veteri*. Ab Adm. R. P. Anselmo Desing Monasterii Ensdoiffensis Professo

com.

composita excudere, vendere, & distrahere, servatis servan-
dis, possit & valeat. Eidemque memoratum privilegium ea-
tenus indulgemus, ut Nobis & ipso invitis nemo supradicta
opuscula intra S. R. I. fines recudere, aut venum exponere
audeat. In Cujus Rei fidem has præsentes manu propria sub-
scripsimus, & sigillo officii nostri communivimus. In Mona-
sterio Wessobrunn die 22. April. Anno 1752.



Beda Abbas Wessofon-
tanus: p. t. congregationis
Benedictinæ - Bavaricæ Præ-
ses Generalis.



DIATRIBA.

Methodum à D. Wolffio in Jure Naturæ
sive Philosophia Practica universali adhibitam,
non esse Methodum Scientificam.

Clarissimus D. CHRISTIA-
NUS WOLFF Anno
Domini 1738. edidit *Phi-
losophiam Practicam Uni-
versalem METHODO SCIENTIFICA*
pertractatam.

Duo quædam de hac expen-
denda sunt: PRIMUM hæc ipsa
Philosophia practica, & quas in
ea sententias ferat, quibus Prin-
cipiis utatur, quid ve ex iisdem
deducat? Peccari enim in his pos-
se, tot gentilium tot Christiano-

rum libri argumento sunt, in qui-
bus pestis alias occulta, alias ma-
nifesta protruditur. Neque id
semper à scribentium ignoratione,
quin à nequam nocendi volun-
tate proficiscitur. Nos vero
malam voluntatem nusquam impi-
gimus neque Puffendorffio, ne-
que Wolffio neque cuiquam al-
teri; quin semper protestamur,
credere nos, ipsos in semet recte
sentire, principia tantum illorum
non esse secuta, & facilem ex iis
esse mali consecutionem, etiam
præ-

A